



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Geschichte der geistlichen Stiftungen, der adlichen Familien, so wie der Städte und Burgen der Mark Brandenburg

[Urkunden-Sammlung für die Orts- und spezielle Landesgeschichte]

Riedel, Adolph Friedrich

Berlin, 1847

XI. Kaiser Heinrich III. schenkt dem Brandenburger Bischofe mehrere Einkünfte und Rechtsame in Uhrsleben, am 19. März 1051.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-54048](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-54048)

**X. König Heinrich II. nimmt das Brandenburger Bisthum in seinen besondern Schutz,
am 27. October 1010.**

In nomine sanctae et individuae Trinitatis. Henricus, divina favente clementia rex. Divinae bonitatis clementia, quae nos ad culmen regiae majestatis evexit, ad hoc nos regnare voluit, ut subjectorum nobis populorum curam maximeque sacerdotum Christi congrua dispensatione adhibeamus, quorum orationibus et terrena credimus felicitate cumulari et aeternam quoque beatitudinem promoveri. Hac quidem nos sollicita consideratione pensantes, dignum ducimus et saluiferum judicamus, ecclesias dei sub nostro regimine positas ac praesertim eas, quae ab iniquis hominibus opprimuntur, sub nostrae tuitionis munimine defendendas suscipere et earum paupertati regali munificentia subvenire. Proinde omnium fidelium nostrorum pateat industriae, qualiter nos pro dei amore nostraeque animae remedio ecclesiam Brandeburgensem, in honore beatissimi Petri, apostolorum principis, fundatam, sub nostri mundiburdii defensione suscepimus, concedentes ejusdem ecclesiae episcopo Wigoni suisque successoribus, ut habeant eandem libertatem, quam episcopi Saxonici habent, videlicet in eligendo advocatos in toto suo episcopatu, prout eis oportuum fuerit, habeantque liberam facultatem de decimis sui episcopatus, in provincia scilicet Heveldon et in aliis provinciis, ubicunque parochia ejusdem episcopatus est, sicut sui antecessores tenuerunt, faciendi ad utilitatem supradictae ecclesiae, quicquid voluerint, omnium hominum regni nostri contradictione remota. Praecipientes itaque jubemus, ut nullus dux, marchio, comes, vicecomes vel aliquis reipublicae exactor praesatum episcopum aut suos successores de supra scriptis omnibus divestire, inquietare vel molestare presumat. Et ut haec nostrae corroborationis sive confirmationis auctoritas stabilis et inconvulsa omni permaneat tempore, hoc praecceptum inde conscriptum manu propria corroborantes sigilli nostri impressione jussimus insignire.

Signum domini Henrici, regis invictissimi.

Guntherus cancellarius vice Willigifii archicappellani notavit.

Data VI. Kal. Novembris indictione VIII. anno dominice incarnationis millesimo X^o, anno vero domini secundi Henrici regnantis VIII. Actum publice Oskeresleuo feliciter. Amen.

Nach dem Originale. Neuere Aufschrift: Privilegium secundi Henrici regis de Brandenburg, in quo committit episcopis Brandeburgensibus ordinationem suorum advocatorum et decimarum.

**XI. Kaiser Heinrich III. schenkt dem Brandenburger Bischöfe mehrere Einkünfte und Rechtssame
in Uhrsleben, am 19. März 1051.**

In nomine sanctae et individuae Trinitatis. Henricus, divina favente clementia Romanorum imperator semper augustus. Si piis petitionibus fidelium nostrorum exorabiles aures impendimus ad stabilitatem nostri regni nostraeque vitae, immo animae nostrae profuturum esse, minime dubitamus; quapropter omnibus Christi nostrique fidelibus, tam futuris quam et presentibus, notum esse volumus, qualiter nos ob interventum et petitionem ejusdemque jure servitium Dancwardi, Brandeburgensis episcopi, eidem Dancwardo mercatum, monetam, theloneum, districtum cateraque omnia ad haec juste legaliterque pertinentia in loco Ursleue et in pago Nordthuringa et in comitatu Liuthere comitis sita, nostra imperiali autoritate concessimus, ea videlicet ratione, ut Danc-

wardo episcopo praedicto suisque successoribus neque dux neque comes aut vicecomes aut magna vel parva persona hanc nostram imperialem concessionem audeat molestare vel infringere aut ibi negotiantes inquietare. Et ut hec nostra imperialis concessio nunc et in aevum stabili et inconvulsa permaneat, hanc cartam inde conscribi eamque manu propria, ut subtus videtur, corroborantes, sigilli nostri impressione iussimus insigniri. Acta XIII^o. Kl. April. indict. IV., anno dominicae incarnationis millesimo L^o. I^o., anno autem domini Hinrici regis tercii, secundi imperatoris ejus ordinationis XXII^o., regni XII^o., imperii V^o. Actum Spirae feliciter. Amen.

Signum domini Hinrici, regis invictissimi, secundi Romanorum imperatoris.
Winitherus, cancellarius, vice Bardonis archicancellarii recognovi.

Nach dem alten Copiarie.

XII. Bischof Ludolph von Brandenburg legt der Kirche unserer Lieben Frauen zu Magdeburg über deren in seiner Diöcese befindliche Besitzungen die bischöflichen Rechte bei.
(Ohne Datum.) c. 1136.

Ludolfus, dei gratia Brandenburgensis Episcopus ecclesie, fratribus nostris tam futuris quam presentibus Notum esse volumus, quod dilecto viro Wiggero, Ecclesie S. Marie Preposito, potestatem & auctoritatem concedimus, fratres suos tam laicos quam clericos disponendi & vice nostra regendi & omnimodam curam habendi non solum in villa, que dicitur Gosle*), prefate ecclesie beate Marie in Magdeburg iam collata, sed et in aliis quibuslibet locis, vbis in diocesi nostra eidem ecclesie conferendis siue quocunque modo iuste aquirendis. Et ne quis hanc potestatem et auctoritatem a nobis concessam aut ignorare possit aut temerario ausu spernere presumat, sigilli nostri impressione firmamus & episcopali auctoritate ratam semper esse mandamus non solum ipsi, sed et ei, cui vice sua curam eorundem fratrum commiserit. Preterea etiam omnem decimationem in prefata villa Gosle et in cunctis ejus pertinentiis in usus fratrum in ecclesia beate Marie in Magdeburg Deo concedimus et ut eam quiete semper & integre possideant precipimus.

Ursache in dieser Form ohne Datum aus dem Cod. Msp. jur. civ. LXXVIII. der k. k. Hofbibliothek zu Wien (p. 22). Vgl. Ludewig Reliq. Manusc. II, 354.

XIII. Paps Innocenz II. bestätigt das schiedsrichterliche Erkenntniß des Bischofs Anselm von Havelberg über die Zehntfreiheit der Besitzungen des heiligen Moritz in der Brandenburgischen Diöcese, am 20. April 1139.

Innocentius Episcopus servus servorum Dei Venerabili fratri Chunrado Magdeburgensi Archiepiscopo ejusque successoribus canonice substituendis in perpetuum. Indignum est cum inter eas personas sibi discordia locum invenit, a quibus debent pacis et concordiae bona procedere. Idcirco concordiam de decimis fundi Ecclesiae B. Mauriti, quae in Brandenburgensi Ecclesia sita

*) Al. Boffe.